

METARETORICA NELLE DECLAMAZIONI MAGGIORI PSEUDO-QUINTILIANEE

Antonio Stramaglia
(Università di Bari)

Handout

1. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 4, 6, 7: *Sentio, P. C., hoc primum ab affectibus publicis petendum, ne quis ideo mori me velle non credat, quia potius ad causas ac verba confugi, quia a vobis malui petere quicquid ab his potui manibus accipere.*
2. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 4, 21, 4: *Novo mihi inauditoque opus est ambitu: malo mortem. Nisi morior, periclitor: ideo videbor causas reddidisse, ut contradiceret pater, et, si bene novi malignas interpretationes, non exitum captasse dicar sed excusationem.*
3. Ps.-Dion., *Opusc.* II, p. 329, 14-17 Usener-Radermacher: Τοῦτο μὲν οὖν καὶ οἱ μελετῶντες ἴσασιν· ὅταν γάρ τις προσέλθῃ τῇ βουλῇ ἀξιῶν ἀποθανεῖν, οὐδεὶς αὐτῶν ἀποθανεῖν βούλεται, ἀλλὰ τὰ ἐναντία βούλεται ὃν λέγει.
“Questo [sc. indirizzare il proprio discorso a uno scopo diverso da quello dichiarato] è cosa ben nota anche ai declamatori. Quando infatti qualcuno si presenta in assemblea dichiarando di voler morire, nessuno di costoro vuole [sc. realmente] morire, ma vuole il contrario di ciò che dice”.
4. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 11, 2, 2: *Nec me fallit, iudices, plerosque credere callidissimum pauperem nec mori velle, et hoc quod nudat iugulum, pectus opponit, artes esse pro vita. Sed ego illum non credo mentiri, eqs.*
5. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 6, 11, 8 - 12, 3: *Quae tamen lex est? QUI PARENTES IN CALAMITATE DESERUERIT, INSEPULTUS ABICIATUR. Omnis nobis in hac prorsus causa, iudices, de scripto et intellectu legis contentio est, utrum verborum ambiguitate an voluntatis fide standum sit. [12] Pars enim diversa [...] quomodo legem intellegere conveniat, subterfugit dicere, neque a vestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contenta est. Nos neque omnibus personis neque omnibus causis scriptam esse legem [...] contendimus, atque eo causam demittimus, ut non sit absolvendus adulescens nisi etiam laudandus. Qui autem dubitat an scripti voluntatem sequi conveniat, is mihi videtur quaestionem temptare in certis.*
6. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 1, 13, 2: *Transeo illum vulgarem et omnibus notum de comparatione personarum locum.*
7. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 2, 16, 1: *Tractemus nunc [...] ipsius sceleris comparationem.*
8. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 2, 6, 4: *Ignoscite, magnorum periculorum metus, ignoscite, humana discrimina: defensionem iuvenis lacrimis primum gemituque prosequimur.*
9. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 6, 8, 9: *Ergo quoniam de iure longior pugna, et nobis festinandum est, sint primae precum partes.*
10. Ps.-Quint., *Decl. mai.* 18, 5, 4: *Omittamus paulisper, iudices, orbitatis tristissimae dolorem, et in parricidio malae tractationis reddamus aliunde causas.*

- 11.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 13, 7, 4-6: *In duas [...], quantum animadvertere potui, quaestiones dividit causam [sc. dives]: an damnum sit, et an iniuria datum. [...] excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar quam diversa reppulero.*
- 12.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 5, 12, 4: *Blandiar, iudices, paulisper calamitatibus meis et sic agam, tamquam eqs.*
- 13.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 9, 19, 7: *Utro me vertam? Tamquam honestum defendam factum an tamquam necessarium?*
- 14.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 15, 2, 1: *Quid agam hoc, iudices, loco? Sub quo temperamento defensionem periclitantis adgrediar?*
- 15.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 16, 7, 6: *Differo interim causam amicitiae; agere paulisper omnium libert.*
- 16.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 2, 23, 1: *Reddenda sunt maximo virorum patrocinia tam piae caecitatis, et agenda reliqua pars causae admiratione.*
- 17.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 3, 19, 1: *Perorata, imperator, ut mediocritas ingenii mei tulit, causa scio commendationis partis esse reliquas, sed has supervacuas facit sanctitas tua.*
- 18.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 13, 15, 1: *Intellego neque prudentiam vestram desiderare plura de causa neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi.*
- 19.** Cic., *II Verr.* 2, 179: *vobis si facultatem vere atque honeste iudicandi [...] fecero.*
- 20.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 15, 14, 1-2: *Et innocentiam quidem puellae satis, ut spero, defendimus; magnitudo periculi advocet preces. Consurge agedum, miserrima seminarum, reliquam defensionis tuae partem tuere lacrimis. Accusator, quid speras, quid expectas? Ad genua tua non mittimus [eam].*
- 21.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 18, 3, 1: *Coniungat quantum volet nocentissimus senex cum rumore populi silentium suum, et relatura ordinem tristissimae sortis conlata malignitate cludat ora, compescat adfectus. Securi tamen estote, mortales, fas est, fas est innocentissimae matri [...] proclamare: eqs.*
- 22.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 19, 1, 2: *Utinam, iudices, negare possem quod occidi, utinam totum miserae necessitatis ordinem fas esset intra pectoris huius premere secretum!*
- 23.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 5, 2, 3: *Relaturus vobis, iudices, ordinem [nam] hic malorum meorum eqs.*
- 24.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 12, 4, 1: *exponamus ordinem cladis nostrae.*
- 25.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 9, 4, 1: *Nec clam feci, nec contumacem adversus patris imperia umquam fuisse me vel ipse rerum declarat ordo.*
- 26.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 10, 6, 6: *Ego certe totis noctibus mater sum, video, fruor, iam et narro.*
- 27.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 3, 7, 1: *Hoc expositionis loco, imperator, malo accusatoribus credas.*

- 28.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 13, 6, 4: *Semel ut ipse tristem finiam expositionem, dicendum est: eqs.*
- 29.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 9, 19, 3: *Cognovistis expositionem causae, quanta quamque excedentia fidem adulescentis optimi merita narraverim.*
- 30.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 12, 13, 2-3: *Dico laesam esse rem publicam. Oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorum hoc nunc mihi quaerendum, quomodo res verbis adgravetur? Adeo infirma est calamitatum memoria? Quae si posset excidere, non tamen narranda vobis, sed ostendenda erat ruina publica.*
- 31.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 1, 14, 2: *Fingere nimirum ad tempus videbor et rem nimium manifestam impudenter colorare.*
- 32.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 12, 21, 8: *color iste patrocinii est et diu [...] cogitata defensio.*
- 33.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 16, 1, 4: *Ego videor excogitasse istum colorem.*
- 34.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 12, 12, 3: *Non sustineo, iudices, in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus irae meae in digitos descendit.*
- 35.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 10, 4, 4: *Reliqua, mater infelix, tu ad iudices referre debebas, et nisi orbitate, nisi lacrimis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres! Ego, utcumque potero, perferam.*
- 36.** Ps.-Quint., *Decl. mai.* 10, 11, 6: *Clamat itaque, clamat mater infelix: eqs.*
- 37.** Script. Hist. Aug., *Tr. Tyr.* 4, 2: *Fuit [...] ita in declamationibus disertus, ut eius controversiae Quintiliano dicantur insertae, quem declamatorem Romani generis acutissimum vel unius capitatis lectio prima statim fronte demonstrat.*